



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Visitatione ab Episcopis & Prælatiſ facienda. Tit. 20

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

quod refert Novarr. in sum. Bullarii. tit. de Sodomia. super Bulla Pii  
7. pag. 365. cum seqq. Ansaldo. de jurisdic. part. 4. tit. 5. cap. 2. num. 15.  
Clerici incontinentes, secundum Concilium Tridentinum d. 18  
sess. 25. de reform. cap. 14. corrigi ab Episcopis, tanquam Apostolica  
Sedis Delegatis, licet sint exempti, possunt. Zaf. in comment. ad h.  
iii. in fin.

TITULUS XX.

De Visitatione ab Episcopis & Præla-  
tis facienda.

SUMMARI A.

1. Visitaciones cur insti- ralem.
2. Visitatio quid.
3. Visitandi potestatem qui
4. Archiepiscopi ubi visi-
5. An & quando una dia-
6. Episcopi quomodo visi-
7. An per vicarium Gene-
8. Quando potest Capitu- lum.
9. Archidiaconi & Infe- riores.
10. Ordinum Superiores.
11. Omnes visitare debent
12. Ecclesias, etiam Exem- ptas.
13. Seculares.
14. Monasteria &c. ubi observantia non viget regularis.
15. Bene-

L111

15. Bene-

Titulus  
XIIII  
De  
IV.  
Z

15. Beneficia Commenda-  
ta qualiacunque.
16. Loca pia.
17. Oratoria.
18. Archipresbyteratus.
19. Monialium monaste-  
ria.
20. Ad qua se extendat  
visitatio.
21. Visitationi qua pra-  
mittenda.
22. Pro visitationi recipe-  
re quid liceat.
23. Ea intra quod tempus  
fuienda.
24. Visitans Episcopus  
quomodo excipiendus.
25. Postea quid Ei faci-  
endum.
26. Istis peractis quid soleat  
facere.
27. Visitans Ecclesiam  
quid querat.
28. Sacrarium, quid.
29. Domum.
30. Rectorem examinandum  
quid roget.
31. Laicos de quibus vi-  
quirat.
32. Monasteria quomodo  
visitet.
33. Loca pia quomodo.
34. Quem in visitatione  
visitator debeat ser-  
re modum.
35. Quid solet visitati-  
one absoluta observare.
36. Quid si delictum ali-  
cujus deprehensum.
37. Quid si is neget.
38. De facti certitudine  
constet.

**V**IT Clerici & Laici omnes vitia, animarum salutem im-  
pedientia, vident, & Sacris canonibus, & Concilio Tri-  
dentino ordinatae sunt visitationes.

**V**isitatio, hic, est vitiorum animarum, quarum de-  
geminis locorum eis subiectorum, cura & correctio concedita. Ordina-  
riis Ecclesiasticis, exploratio. c. si Episcopus. de Offic. Ordin.

Hinc Visitatores ejusmodi Exploratores. c. procuratores. c. con-

Corv  
De Pe  
et Benef

G

Abbas, 21. c. procuratores. 23. de consub. Facio illud Ezechielis. 34. Ecce  
exquiram oves meas, & visitabo eas sicut visitat Pastor, & quod  
perierat requiram, quod abiectum fuerat, alligabo, & quod infirmum  
consolidabo. &c.

Visitandi potestatem habent Prælati ordinariam jurisdictionem 3  
habentes ut sunt Summus Pontifex, De quo supra tit. spec. Cardina.  
Legati, d. c. procuratores. c. mandamus. ubi Abb. de offic. Archid. De  
Legati supra tit. de offic. Legati. Patriarcha, Archi-Episcopi, proprio  
nomine: alieno, puta Episcopi nomine, Archidiaconi, Decani, ni-  
hilis parochiam visitandi præscripserint. Abb. in c. cum Apostolus. de  
capit. Capitulum Sede vacante: proprio nomine Abbates, Priores, &  
Prælati Regulares, ac Canonici Regulares; monasteria aliaque  
loci eis subiecta. c. pen. & ult. de statu Monach.

Archiepiscopi visitant in provinciis ipsis subiectis, cap. Romana 1. 4  
in proprio. fin. de consub. in 6. non tamen Cathedralis Ecclesias, nec  
Suffraganeorum dioceses, nisi, propter Episcopi absentiam, negli-  
gentiam simileve causam, can. fin. §. sed aliud est 3. qu. 3. & ibi Gloss.  
negligentia & can. conquestus. ibid. & sic causâ cognita, & in  
provinciali Synodo probata: Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3.  
visitata prius propria Ecclesia, d. c. Romana. 1. in princ. Zerola in  
proxi. Episcop. part. 1. verb. visitatio. vers. ad tertium, tota; Sylvest. in  
sum. verb. visitatio. Quem ordinem servare non tenentur Legati à la-  
tere Hostiens. in d. c. Romana. Sylvest. d. loco.

Non possunt Archiepiscopi una Diocesi visitatâ in toto vel in par- 5  
te eam visitandam reverti, nisi prius omnes provinciarum suarum  
Dioceses in toto vel in parte visitaverint. Sed si aliqua Diocesis, vel  
Ecclesia indigeat visitatione plus aliis, tunc, sed non nisi à Diocesano  
illius Ecclesie, vel à maiore parte Suffraganeorum requisiti, possunt,  
intermissâ aliarum visitatione, ad eandem reverti. d. c. Romana. Sylvest.  
d. loco. De Archiepiscopi vide supra.

Episcopi & Cathedralium Ecclesiarum Prælati omnes debent pro- 6  
pria Diocesi, totam aut saltem maiorem ejus partem, per se ipsos,  
aut, si fuerint impediti legitime, per vicarios suos vel visitatores,  
presbyteros vel Diaconos, visitare quotannis: visitationem saltem  
biennio

ius  
sonis  
Ecclesie  
IV  
Z

biennio complere. *can. decrevimus. 14. can. Episcopum. 11. qu. 1. Concil. Trident. d. loco.*

*Visitationem* inchoari possunt ab Ecclesia, quae ipsis placuit, reservatis Ecclesiarum aliarum juribus. *S. Congreg. Rit. in Egiu. 10 Junii. 1602. ad 2. dub.*

7 Generalis Episcopi vicarius visitandi jus non habet; nisi hoc Episcopus specialiter committat: ut & supra diximus. *tit. de offic. vicarii. ubi vide & Rebuff. in praxi benef. tit. de forma Vicariatus. num. 100. & 101. Sbroz. de offic. vicarii lib. 2. qu. 120. num. 2. Fusch. de visita. lib. 1. cap. 2. num. 18. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcop. part. 1. num. 224.*

8 *Capitulum Sede verè, vel quasi, Sacra Congr. Concilii in Pampilonens. 13. April. 1630. vacante, si annus à postrema Antistitis visitatione fuerit elapsus, nec de proximo Ecclesia est de pastore providenda; potest visitare Ecclesias Episcopatus subjectas; quia succedens potestate visitandi Episcopis jure Ordinario concessa. Quarant. Sum. Bullarii verb. Capitulum Sede vacante. vers. quib. sic praescribitur. pag. 134. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 33. quæst. 14.*

Potest etiam Capitulum, etiam superstitè Episcopo, jus visitandi; ex prescriptione vel privilegio, habere. *Azor. d. tract. 6. lib. 1. cap. 40. qu. 8. Barbosa. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 73. num. 26. Sic tunc Visitatores à Capitulo deputati ab Episcopo approbandi: Concil. Trident. d. loco. & visitationem per eos factam iterare per se potest Episcopus. d. Concil. Trident. d. loco.*

9 *Archidiaconi, Decani, aut alii Inferiores, secundum consuetudinem visitare volentes, debent hoc facere per se ipsos assumpto consensu Episcopo Notario. Barbosa. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 14. num. 10. Sylvest. d. verb. visitatio. num. 1. debentq; visitationem intra terminum ab Episcopo praescriptum, expedire; expedita intra mentem rationem reddere. d. Concil. Trident. d. loco. Barbosa. d. lib. & cap. num. 13. in fin.*

10 *Abbatès & ceteri Ordinum Superiores Episcopis non subditi Prioratus & Monasteria sibi subdita, visitare possunt, Azor. d. lib. 1. cap. 40. qu. 9. Barbosa. ad c. ult. num. 3. de statu Monach. & ex officio debent.*

CORVINUS  
De Person. Ecclesiast.  
et Beneficent.

G

debet: si, admoniti, intra sex menses negligent, aut non corrigant, visitare possunt Episcopi. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 8. & sess. 25. de regular. cap. 20.

**Episcopi & Locorum Ordinarii** visitare possunt & debent Singulis annis; Primo beneficia curata, etiam si sint perpetuo unita & annexa Cathedralibus, Collegiatis, seu Ecclesiis alijs, vel Monasterijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscunque. d. Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 7.

**Secundo;** Ecclesias quascunque & quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica, etiam si sint sine animarum cura. Quia Concilium dicit, & cura animarum & si qua illis imminet; d. sess. cap. 8. Exceptis, hoc casu, Ecclesijs Militibus. S. Joan. Hierosolymitani subiectis. Sacra Congreg. declar. 77. his verbis: Ipsi vero Equites Hierosolymitani non, nisi quatenus obtineant beneficia curata, visitari possunt. Bulla Pii V. 139. incipit exposcit. Zerola d. loc. vers. primum dubium. Navar. verb. visitare. num. 10. & illorum curatæ visitanda gratis, absquo impensa, & Rectorum onere. S. Congreg. Concil. in Augustana. 26. Julio. 1627.

**Tertio;** Ecclesias seculares omnes, quæ nullius dicantur esse Diocesanos; & quidem Episcopus proximior Cathedralis Ecclesiæ, si quidem id constet, si non is qui in Concilio Provinciali à Prælato illius loci, electus fuit semel; tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus; non obstantibus privilegijs & consuetudinibus quibuscunque. d. Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 8. Ciarlin. controv. forens. cap. 67. num. 24. num. seq.

**Quarto;** Monasteria commendata, & Abbatias, Prioratus, & Præposituras nuncupatas, ubi observantia non viget regularis. d. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 8. vid. Armendar. in addit. ad regulas. Legum Navarra. lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 98. Barbof. d. part. 3. alleg. 74. num. 16.

**Quinto;** Beneficia, tam curata, quam non curata, secularia & irregularia, qualitercunque commendata, & exempta, tanquam Delegati Sedis Apostolicæ. d. Concil. d. sess. & cap. vid. Fr. Emman. regul. tom. I. qu. 36. art. 3. per tot.

INUS  
SONUS  
Ecclesiæ  
IV  
Z

- 16 *Sexto*; Hospitalia, Confraternitates, Eleemosynas montis pietatis, & pia loca omnia; etiam si ad Laicos eorum pertineat cura: d. *Concil. sess. 22. de reform. cap. 8. juxta Concilii Viennens. decret. in Clem. quia contingit. de relig. domib. Zerola in praxi. Episc. parte. 1. verb. Hospitalale. §. Piassec. in simili praxi. part. 2. cap. 3. num. 33. Ugolin. de offi. & potest. Episc. cap. 24. §. 1. num. 3. sed tunc in casibus à Jure concessis; scilicet ob negligentiam vel bonorum dilapidationem. *Armenhar. d. loco. num. 74. quem refert. Barbof. d. lib. 1. & cap. num. 30.**
- 17 *Septimo*; Oratoria, in quibus de licentia Episcopi celebratur: *Zerola. d. loc. d. verb. visitatio.*
- 18 *Octavo*; Archipresbyteratus qui nullius sunt Dioeceseos, Episcopus proximior. *fac. d. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 9. Congreg. declar. 274.*
- 19 *Novo*; Monialium monasteria immediate Sedi Apostolice subiecta; ut dicta Sedis Delegati: d. *Concil. sess. 24. de regular. cap. 5. Honor. Venero in Enchirid. Episcop. lib. 6. cap. 21. num. 5.*
- 20 *Extendit se visitatio & correctio, ad tria*; 1. *Personas*; easque omnes tam Seculares, quam Regulares: d. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 3. sess. 13. cap. 1. sess. 14. cap. 4. de reform.* 2. *Loca*; de quibus dictum. 3. *Res*; easque omnes ad Ecclesiam pertinentes. *Zerola. d. loc. & verb. visitatio. vers. ad quantum.*
- 21 *Visitatio* praemittere debet *Episcopus*; Celebrationem Synodi Dioeceseanae: c. *sicut olim. cum ibi notat. de accusat.* Adventum sui nuncium; nisi iusta causa stradeat aliud: *Joan. Andr. in c. cum sit Romana. de simon. Specul. tit. de inquisit. §. quando aliquid. vers. si verum aliquid. Insc. d. tract. lib. 1. cap. 4. num. 4.* Librorum visitationum praeteritarum & Praedecessorum examinationem: *arg. c. in singulis. §. porro de Statu Monach. Virorum visitationibus faciendis expertorum, contentis inutilibus, adhibitionem: c. in singulis. Extrav. debent. de offic. Ordin. int. com.*

Debent praeterea; Pro caeremoniis servandis librum Pontificalem, anulum suum signatorium seu sigillum, & juramentorum formulas Canonum & Constitutionum Ecclesiasticarum libros deferre: Cum honesto comitatu proficisci; Superfluis sumptibus parcere: com.

Corv  
De Person  
et Benef

G

excusandum. cum seq. 10. qu. 3. c. cum Apostolus. pr. & §. fin. de censib. & c. 1. §. procuraciones & c. exigit. eod. in 6.

Nihil procuracionis causa pro visitatione aut aliud munus, eti. 22 am qualitercunque oblatum, nisi debitum, & victuale, non abundans, accipere: d. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. Armeniar. d. loc. num. 115. cum multis seqq. Gratian. discept. forens. cap. 57. num. 17. cum seqq.

Nè sumptibus suis gravent subditos, quanto citius possunt 23 se expedire: In uniuscujusque Basilicæ visitatione una die solum sec. can. 8. inter cetera. 10. qu. 3. aut sec. can. placuit. 10. qu. 1. duabus, una pro instructione Cleri, altera pro populo, commorari: Secundum c. cum Apostolus. initio. vers. quo circa. de censibus & Concilio Tridentin. d. loco, Quam celerimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absolvere: Aliis negotiis ad eam non pertinentibus se non occupare: Zerola d. loco vers. præterea. visitationis tamen conclusioni nullum tempus determinatum: pendet ab Episcopi arbitrio. Barbof. in collect. Apostolic. decis. voce visitatio. collect. 626.

Episcopus ad visitationem accedens à Clero & Populo loci hono- 24 ritate debet excipi, ad Ecclesiam immediate processionariter deduci, ductus, tradito hyssopo cum aqua benedicta ante Altare majus genu flexus orare: interim cantatur Antiphon. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum Opifex, Pastor bone in populo, sic placuisti Domino, intercede pro Nobis, V. Ecce vir prudens, R. Qui edificavit domum supra firmamentum petram. Deinde dicitur Oratio: Deus humilium visitator; ut in Pontificali referet Fusc. d. tract. lib. 1. cap. 4. num. 11. cum seqq. & ex eo Barbof. d. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 14. num. 10.

Postea, proponit Episcopus populo sui adventus causas, propter 25 quas fit visitatio; Nempè ad Sacrorum Canonum observantiam, & animarum salutem. Fusc. d. loc. num. 11. cum seqq. Considerat, quomodo Ecclesia spiritualiter & temporaliter regatur: d. can. placuit. delicta & excessus puniri; delinquentes corrigi, abusus tolli curat: c. venerabilis. ibi Gloss. fin. de censib. cap. 1. §. sane. eod. in 6. poenitentes, in casibus sibi specialiter reservatis, absolvit, preces pro animabus defunctorum in coemeteriis fundit: Confirmationis sacramentum confert: Fusc.

INUS  
SONUS  
Ecclesie  
IV.  
Z

*Fusc. d. cap. 4. num. 12.* Populum in doctrina Christiana (quod prædicationem, *Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 53.*) instruit: ut puritatem agat, *can. cavendum. 10. qu. 3.* hæreses, homicidia, adulteria, perjuria, testimonia falsa, aliaque peccata mortifera fugiant, novissima recogitent, & alia his similia, monet. *Brachar. Concil. II. relat. in d. can. placuit.*

26 Quibus peractis solet. 1. *Visitare Ecclesiam*; 2. *Sacramentum*; 3. *Domum Rectoris vel Prælati*, aut *Monasterium*: 4. *Rectorem vel Prælatum examinat*: 5. *Incolas seu personas Laicas & Ecclesiasticas eidem Ecclesia subditas interrogat*: 6. *Executiones debitas facit.*

27 *Ecclesiam visitans*, quarit; an Sacramentum Eucharistiae loco debito honorifico ac mundo, sub fidelium clavium custodia conservetur; lumen coram eo ardeat perpetuo; *Fusc. d. lib. 1. cap. 4.* Ecclesia Baptismalis, an ad Baptismum conferendum necessaria conserventur congruè; *d. can. placuit. Fusc. d. lib. 1. cap. 7.* altaria quomodo sint ornata; reditus quomodo dispensentur; an debita in eis officia persolvantur; *Fusc. d. lib. 1. cap. 21.* Imagines an decenter & congruè secundum Ecclesiam morem, & loco congruo, habeantur. *Fusc. d. lib. 1. cap. 1.*

28 *Sacramentum visitans*, inquit, an vasa sacra ex debita sint mactata oleum, chrisma; *Fusc. d. loco, cap. 6.* corporalia; sacra linteamina pallæ altaris, vestes sacræ, & alia similia, munda, integra, non consumpta, habeantur, conserventur: *c. fin. de custod. Euchar.*

29 *Domum Ecclesie visitans*, scrutatur, an in ea habeantur omnia quæ ad Rectorem animarum, aut personam Ecclesiasticam pertinent: an Sacrorum Canonum libri, SS. Patrum homiliae, & casuum confessoriarum, & Catechismi, atque officii Sacerdotalis libri, & alias Christiani & Ecclesie Rectorem decencia, aut non decencia, sint. *Bosca. d. lib. 6. cap. num. 47.*

30 *Rectorem Ecclesie, vel, Curatum, aut Prælatum, examinat*, regat, an ea quæ sunt sui officii exequatur rectè: quomodo Sacramentum administret: animarum salutem studeat: Divina Officia ac Sacramenta peragat: honestè & exemplariter vivat, ipse: ejus subditi: an in loco eo sint hæretici: hærescos suspecti: an statutis temporibus non compareant: non communicent: an sint concubinarij, malefici, perjurij, blasphemij

CORVINUS  
De Person. Ecclesiast.  
et Beneficent.

G

blasphemi, rixosi, discordes, illegitimi conjuges: superstitionibus addicti: &c. *Barbos. d. loc. num. 48.*

*Laicos, loci incolas, inquiri* de Rectorum, Curatorum, **31** vita, moribus, in administrando diligentia; de propria circa bonorum Ecclesiarum, & piorum locorum, reddituum administratione: scripturarum & computuum conservatio: rationum redditione: Monet, ne Ecclesie necessariis sumptibus obsint, pio loco desint, res Ecclesie dissipent; ut secundum precepta Christi & Ecclesie vivant, dies festos observent, decimas vel primitias secundum consuetudinem loci solvant, filios curent, Christiana pietate instruant. *Barbosa d. loc. num. 49.*

*Monasteria Virorum, vel mulierum visitans,* (non multis seculis **32** antea, *c. ut juxta. l. 7. de offic. Ordin.* sed saltem Notariis duobus, & duobus personis Ecclesiasticis quatuorque aliis honestis & maturis, comitatus: *Clem. fin. circa fin. de statu monach.*) ingressum monasteriorum monialium Monachis, & contra prohibet: de Præpositorum aut Priorum diligentia, singulorum vita & moribus, regularum suarum observatione, de iis quæ in monasteriis emendatione indigent & correctione, inquiri; singulorum cellas visitat: ne libros prophanos, interdictos, ornamenta secularia, aliaque Religiosos non decencia, scripturas lascivas vel prophanas, retineant, interdicat. *Barbosa. d. loc. & cap. num. 50.*

*Hospitalia, & alia loca pia visitans,* attendit, ut legitime serventur **33** instituta, redditus dispensentur bene, & administratores rationes reddant fideliter. *Barbos. d. loc. num. 51.*

*Modum in inquirendis delictis & defectibus Visitator tenere de-34* bet; & de statu generali Ecclesie, non de delictis Rectoris in specie inquirere: *Specul. de inquis. de plano,* nulla iudicii forma servatâ procedere: *c. olim de accusat. secreto* examinare: nullum ab examinatis juramentum exigere: *d. c. Romana. nisi pro verificatione majori,* aut in genere: *Gloss. in d. c. Romana. §. sane.* ut dicant, si quæ sciunt in Ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris: *c. qualiter. eod.* præcavere ne dicantur occulta: ut si revelans vel solus vel alius tantum delictum sciat. Talia enim neque querri, neque referri possunt, **cum**

M m m m

cum

INUS  
SONIS  
Ecclesiam  
IV.  
Z

cum Ecclesia, de occultis non iudicet, sed soli reserventur Deo: *c. qualiter. c. erubescant. dist. 32.* nec inquirere debet super contentis in Ecclesia occultè traditis: *Hosiens. in sum. de inquisit. num. 5.* Clericorum enim famæ parcendum: *can. in scripturis. dist. 96.* admittere tamen debet quemcunque deponere volentem, licet criminofum, & alius testimonio repellendum: ita tamen, ut advertat, an deponat ex odio vel ex auditu seu fama tantum, ut ex circumstantiis suam sciat moderari iudicium. *Hosiens. d. loco. Piafec. prax. Episc. part. 2. cap. 2. num. 60.*

35 *Visitationis absoluto processu*, solet *Visitator* aliqua, quæ dicitur corrigenda, ordinare, & Ecclesiæ Rectori injungere; ut intra designatum terminum exequatur. Delicta etiam si quæ detecta fuerint punire debet.

36 Et quidem si *accusatus fatetur* delictum, puniendus est, non tamen pœna ordinaria, sed arbitraria, quæ iudicii inquisitionis propriæ *can. presbyterum. dist. 50. can. non dicatis. 12. qu. 1. cap. qualiter. c. inquisitionis. de accusat.* Fit enim *Visitatio* potius per modum fori preteritentialis quam contentiosi; nec in ea præcisè puniendi intenditur tamen, sed corrigendi & penitentia salutaria injungenda. *Imol. in c. Romanus de censib. in 6.*

Hujusmodi tamen correctio, appellatio, vel iudicis, ut in respectu, recusatone, impediri non potest. *d. Concil. Trident. sess. 24. reform. cap. 10.*

37 Quodsi *accusatus neget*, & in negatione persistat, convictio tamen de facti veritate nequeat, adsit tamen infamatio seu scandalum & præsumptio non levis, canonica ei injungenda purgatio: *can. Presbyter. 2. qu. 4. cap. inquisitionis. c. qualiter. & ibi Felix. num. 9. de accusat. in purgatione deficiens habetur pro confessio. c. cum P. & c. inter. de purgat. Canon.*

38 Si autem *negat accusatus & de facti certitudine fuit depositum*, tamen gravis orta infamia seu scandalum, aut de tertio agatur præiudicio: iudicium reservandum est ordinariæ, & per accusationis modum contra eum, à Fiscî Episcopalis Advocato proceditur: & ad specialis inquisitionem deveniri potest: in qua & jurare testes, & non admitti

Corv  
De Person  
et Benef  
G

legimi debent. Nam tunc, si accusatus excipere contra testes velit, potest; potest & petere probationum copias, & omnibus defensionum remediis uti: *Hostiens. d. loco.* Pana etiam, non arbitraria, sed ordinaria & à jure statuta, hoc casu puniri debet delinquens. *d. c. qual. rer.* Licet hoc tempore judici sint pœnæ omnes arbitrariae, & omnes pro delictorum & locorum circumstantiis moderari possint. *Hostiens. in sum. de penit. num. 6. Boer. decis. 289. num. 7.* Potest etiam hoc casu, reus de fuga suspectus, interim dum processus formatur, detineri sub custodia. *d. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 6.* Potest, ut suspectus, accusari iudex: Ab eo licitè appellatur: appellatione non tantum devolutiva, sed & suspensiva: & tum non procedit *d. Conc. Trident. sess. 24. cap. 10. dispositio.* Appellatione enim correctionis morum, correctio, quæ servato judiciali processu fit, non intelligitur. *Genues. in praxi. cap. 21. Piasec. d. loc. num. 61.*

TITULUS XXI.  
De Privilegiis in genere.  
SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Continuatio.                              | 8. <i>Et qualia.</i>  |
| 2. Privilegium in genere quid.               | 9. <i>Secundum Zæsum.</i>   |
| 3. Distinguitur à Lege.                      | 10. <i>Personale quale.</i>   |
| 4. Illud allegans probare debet.             | 11. <i>Reale quale.</i>   |
| 5. An scriptura de ejus substantia.          | 12. <i>Quid si dubium, utrum privilegium sit personale, an reale; cum seq. num. 12.</i> |
| 6. Quomodo probari potest.                   | 13. <i>Rursus privilegium est vel Perpetuum vel Temporale. Et qua.</i>                  |
| 7. Privilegia quotuplicia secundum Cujacium; | 14. <i>Qui</i>  |
- Mm mm 2

ius  
sonis  
Ecclesie  
IV.  
Z